BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 161
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

uerunt illic eius aeterna merentur uisione laetari.

Et factum. ē. dum oraret species uultus eius altera. Uestitus eius albus refulgens.

Mens figuratus saluator non substantiā uere carnis amisit. sed gloriā futuræ uel suae uel nostræ resurrectionis ostendit. qui qualis tunc apostolis apparuit. talis pt̄ iudicium cunctis apparebit electis. Nam in ipso tempore iudicandi. & bonis simul & malis in forma serui uidebitur. Ut uidelicet & impii quem spreuere iudaei quē negauere milites quem crucifixere pilatus herodesq: quem iudicauere queant agnoscere iudicem. Uestitus autē dñi scōrū illius choro accipitur. quem glorificans apostolus ait. Quot quot ergo in xpō baptizati estis. xpm induistis. qd̄ uidelicet & habitus dño interris consistente dispectus aliorumq: similis uidebatur. sed illo montem petente nouo candore refulget quia nunc filii dei sumus. & non dum apparuit qd̄ erimus. scimus quicum apparuerit similes ei erimus. Uidebimus enim eum sicuti est.

Unde bene marcus haec uestimenta describens ait. Qualia fullo superterrē non potest candida facere. nam quia ille hoc loco intellegendus ē fullo quem penitens psalmista pcatur. Amplius lauame ab iniustitia mea. & a delicto meo mundame. Non potest suis fidelib: interire dare claritatem quae eos conseruata manet in caelis.

Et ecce duo uiri loquebantur cum eo. erant autem moyses & helias uisi in maiestate.

Moyses & helias quorum unum mortuum. alterum in caelis uiuum legimus. uisi in maiestate cū dño futuram omnium scōrū gloriā significant. quia uidelicet tempore iudicii. uel uiui in carne reperiendi. uel ab olim gustata morte resuscitandi parē sint cum illo regnaturi. Teste enim apostolo. mortui qui in xpō sunt resurgent primi. deinde nos qui uiuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubib: obuiam dñō in aere. & sic semp cum dño erimus. Aliter moyses & helias id est legislator & pphārum maximus apparent & loquuntur cum dño ut ostendant ipsum. ē. quem cuncta legis & pphāe scriptā miser. Apparent autē non infimis. sed in monte cum illo. qui a soli qui mente supna pcierint. maiestatem scāe scripturæ quae in dño. ē. adimplēdā spicient. deniq: & iudaei uidere moysen. sed ad dm in montana subeuntem sequi non merentur. Ad sequoq: reuersum non sine uelamine uident heliam nouere. sed solus triumphum ascendentis cum filiis pphārum contemplatur heliseus quia multa passim scripturæ uerba legimus sed quanta celsa in xpi mysterius splendeat ppauci intellegimus.

Et dicebant excessum eius quem completurus erat in hierusalem.

Et usq: hodie lex & prophētae quos cumq: in uere fidei cacumine reppererunt dispensationes dominicae mysterium mutuis uocibus docent.

Petrus uero & qui cum illo grauati erant somno & uigilantes uiderunt maiestatem eius & duos uiros qui stabant cum illo.